



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum virtutes theologicæ distinguantur ab intellectualibus, &
moralibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS II.

¶ Super quest. sexage-
sima secunda articu-
lum secundum.

*Vtrum uirtutes theologice distingua-
tur ab intellectualibus,
& moralibus.*

AD SECUNDVM sic procedi-
tur. Videtur, quod uirtutes
theologicae non distinguantur a
moralibus, & intellectualibus.
Virtutes enim theologice si sunt
in anima humana, oportet quod
perficiant ipsam uel secundum
partem intellectuam, uel secundum
partem appetitiuam: sed uirtutes
quae perficiunt partem intellectu-
am, dicuntur intellectuales: uir-
tutes autem quae perficiunt partem
appetitiuam, sunt morales. ergo
uirtutes theologice non distingui-
untur a uirtutibus morali-
bus, & intellectualibus.

¶ 2. Praet. Virtutes theologice di-
cuntur, quae ordinant nos ad Deum:
sed inter intellectuales uirtutes est
aliqua quae ordinat nos ad Deum. scilicet
sapientia quae est de diuinis, utpote
cuius altissima considerans, ergo
uirtutes theologice ab intellectu-
alibus uirtutibus non distinguuntur.
¶ 3. Praet. Aug. in lib. de Morib.
ecclesiae manifestat in quatuor
uirtutibus cardinalibus, quae sunt or-
do amoris; sed amor est charitas,
quae ponitur uirtus theologica.
ergo uirtutes morales non distin-
guuntur a theologice.

SED CONTRA. Id quod est su-
per naturam hominis, distingui-
tur ab eo quod est secundum natu-
ram hominis: sed uirtutes theo-
logice sunt super naturam homi-
nis, cui secundum naturam conueniunt
uirtutes intellectuales, & morales, ut
ex supradictis patet. ergo
distinguantur ab inuenientem.

RESPOND. Dicendum, quod sicut
supra dictum est, habitus specie
distinguantur secundum forma-
lem differentiam obiectorum. Obiectum
autem theologice uirtutum est ipse
Deus, qui est ultimus rerum finis,
prout nostrae rationis cognitione
excedit. Obiectum autem uirtutum
intellectualium & moralium est aliquid
quod humana ratione comprehendi
potest: unde uirtutes theologice specie
distinguantur a moralibus & intellectu-
alibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod
uirtutes intellectuales & morales
perficiunt intellectum & appetitum
hominis secundum proportionem natu-
rae humanae, sed theologice supernatur-
aliter.

AD II. dicendum, quod sapientia, quae
a Philosopho ponitur intellectualis uirtus,
considerat diuina secundum quod sunt
inuestigabilia ratione humana: sed
theologica uirtus est circa ea, secundum
quod rationem humanam excedunt.

AD TERTIVM dicendum, quod licet
charitas sit amor, non tamen omnis
amor est charitas. Cum ergo dicitur,
quod omnis uirtus est ordo amoris,
potest intelligi uel de amore communiter
dicto, uel de amore charitatis. si de
amore communiter dicto, sic dicitur
quodlibet uirtus esse ordo amoris,
inquantum ad quamlibet cardinalium
uirtutum requiritur ordina-

appetenda, omne bonum prosequendum
omne malum fugiendum, & si qua sunt
huiusmodi beatitudinis annexa. In parte
autem appetitiua habemus naturalem
inclinationem in bonum proprium, quae
plus est quam uirtus unde consequens
est, ut ad beatitudinem supernaturalem
proportionaliter ordinemur in utraque
parte, & sic prima principia reclarum
operationum ad huiusmodi felicitatem
ordinant, ut ei commensurata de ipso
ultimo fine Deo, sed ut obiecto supernatur-
alis beatitudinis, erunt in intellectu,
& in appetitu, ita inchoata per modum
habitus Deum sic sumptum in mente
nostra, sicut principia naturalia stabili-
sunt in ea finem naturalem. Et hoc est
quod in littera dicitur, quod ipsa prin-
cipia, quae uocantur uirtutes theologice,
ita ordinantur ad beatitudinem supernatur-
alem, sicut per principia naturalia ad finem
connaturalem. Sunt ergo istae uirtutes
de fine in qua de obiecto proprio, de
uirtutibus autem, quae sunt de his quae
ad finem supernaturalem, quasi proportionate,
intra erit sermo, sicut enim uirtutes morales
in suis, ut patet.

SED CONTRA est, quod praecipua legis
sunt de actibus uirtutum: sed de actibus
fidei, spei, & charitatis dantur praecipua
in lege diuina. dicitur enim. Eccl. 2. Qui
timetis Deum, credite illi. item, sperate
in illum. item, Diligite illum. ergo fides,
spes, & charitas sunt uirtutes in Deum
ordinantes: sunt ergo theologice.

RESPOND. Dicendum, quod per
uirtutem perficitur homo ad actus, quibus
in beatitudinem ordinatur, ut ex supra
dictis patet. Est autem duplex hominis
beatitudo sine felicitate, ut supra dictum
est. Vna quidem proportionata humanae
naturae, ad quam homo sola diuina uirtute
peruenire potest per principia suae naturae.
Alia autem est beatitudo naturam hominis
excedens, ad quam homo sola diuina uirtute
peruenire potest secundum quantumdam
diuinitatis participationem, secundum
quod dicitur 2. Pet. 2. quod per Christum
facti sumus consortes diuinae naturae. Et
quia huiusmodi beatitudo proportione
humanam naturam excedit, principia
naturalia hominis, ex quibus procedit ad
bene agendum secundum suam proportionem,
non sufficiunt ad ordinandum hominem
in beatitudinem praedictam. unde oportet,
quod superaddatur homini diuinitus aliqua
principia, per quae ita ordinatur ad
beatitudinem supernaturalem, sicut per
principia naturalia ordinatur ad finem
connaturalem. Sunt ergo istae uirtutes
de fine in qua de obiecto proprio, de
uirtutibus autem, quae sunt de his quae
ad finem supernaturalem, quasi proportionate,
intra erit sermo, sicut enim uirtutes morales
in suis, ut patet.

inquantum per eas recte ordinatur in Deum: tum
quia a solo Deo nobis infunduntur, tum
quia a sola diuina reuelatione in sacra
scriptura huiusmodi uirtutes traduntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliqua
natura potest attribui alicui rei dupliciter.
Vno modo essentialiter, & sic huiusmodi
uirtutes theologice excedunt hominis
naturam. Alio modo participatiue, sicut
lignum ignitum participat naturam ignis,
& quodammodo fit homo particeps diuinae
naturae, ut supra dictum est: & sic istae
uirtutes conueniunt homini secundum
naturam participatam.

AD SECUNDVM dicendum, quod iste
uirtutes non dicuntur diuinae, sicut quibus
Deus sit uirtuosus, sed sicut quibus nos
efficiuntur uirtuosi a Deo, & in ordine
ad Deum. unde non sunt exemplares,
sed exemplatae.

AD TERTIVM dicendum, quod ad Deum
naturaliter ratio & uoluntas ordinatur,
prout est naturae principium & finis,
secundum tamen proportionem naturae.
Sed ad ipsum secundum quod est obiectum
beatitudinis supernaturalis, ratio & uoluntas
secundum suam naturam non ordinantur
sufficienter.

Supra q. 58.
artic. 2. & 3.
dicitur q. 1.
ar. 4. q. 3. ad
4. & ueri. q.
14. artic. 3.
ad 9. Et uir-
tutes theologice
sunt...

Lib. 1. ca. 15.
tom. 1.

q. 58. arti. 4.
& 5.
q. 54. arti. 5.

¶ Super questionis sexagesime secunda articulum tertium.

1. & q. 25. a. 2.

c. 53. ar. 2. & clarior 2. 2. q. 23. ar. 7.

5. 2. pl. & q. 17. ar. 6. Pt 3 di. 3. q. 1. ar. 5. & di. 26. q. 2. ar. 3. q. 4. & ut. q. 4. ar. 5. ad 12. & ar. 12. ch. & ad io & 2. corp. 13. c. 2. fi. & 16c. 4. li.

ar. huius q.

IN ar. 3. eiusdem q. in responsione ad primum aduertit, quod author reddit rationem indigentiae habitus naturalis in intellectu ex indigentia specierum intelligibilium ad intelligendum, non quod putet habitum naturalem in intellectu, qui uocatur intellectus principiorum, esse eundem quod species intelligibiles, ut patet ex supra dictis, sed quoniam intellectum egere speciebus intelligibilibus ad hoc ut intelligat, est intellectum non esse per se ipsum in actu, ita quod possit absque superaddita qualitate exire in actum intelligendi. Et ex hoc habetur quod per suam essentiam non potest uim habitus naturalis habere, & experimur in nobis aliquem naturalem habitum ad intelligendum habere, respectu scilicet principiorum tam in speculatiuis, quam in practicijs, optime sequitur quod oportet in intellectu ponere aliquem habitum naturalem, quasi diceret, Respectu finis naturalis oportet ponere aut habitus naturales, aut potentias suppletes uices habituum: sed in intellectu non potest poni quod potentia suppleat uicem habitus: quod ex hoc manifestum sit, quia .i. ex se est adeo in potentia, ut egeat aduentitia specie intelligibili, si debet intelligere. ergo oportet in eo apponere naturalem habitum. In uoluntate autem ipsa potentia uices naturalis habitus optime prebet, quia naturaliter ex se ipsa inclinatur ad uolendum in finem naturalem, & est secundum se appetitus naturaliter cooperatus, seu conformis huiusmodi fini &c. ideo non oportet in ea ponere naturales habitus, secus autem est respectu supernaturalis finis, ut patet in litera. Quid sit autem ista conformitas appetitus ad finem, cum de charitate tractabitur, patebit, sicut etiam de actu spei. Nunquam enim in uniuersali sermo est. Pro nunc tamen cogita Nouitate, amicitia uoluntates esse habitualiter conformes

dinata affectio: omnis autem affectionis radix, & principium est amor, ut supra dictum est. Si autem intelligatur de amore charitatis, non datur per hoc intelligi, quod quaelibet alia uirtus essentialiter sit charitas, sed quod omnes aliae uirtutes aequaliter a charitate dependant, ut infra patebit.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter fides, spes, & charitas ponantur uirtutes theologice.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter ponantur tres uirtutes theologice, fides, spes, & charitas. Virtutes enim theologice se habent in ordine ad beatitudinem diuinam, sicut inclinatio naturae ad finem connaturalem: sed inter uirtutes ordinatas ad finem connaturalem ponitur una sola uirtus naturalis, scilicet intellectus principiorum. ergo debet poni una sola uirtus theologica.

¶ 2 Praeter Theologice uirtutes sunt perfectiores uirtutibus intellectualibus & moralibus: sed inter intellectuales uirtutes fides non ponitur, sed est aliquid minus uirtute, cum sit cognitio imperfecta. si militer etiam inter uirtutes morales non ponitur spes, sed est aliquid minus uirtute, cum sit passio. ergo multo minus debent poni uirtutes theologice.

¶ 3 Prae. Virtutes theologice ordinantur animam hominis ad Deum: sed ad Deum non potest anima hominis ordinari nisi per intellectum partem, in qua est intellectus, & uoluntas. ergo non debent esse nisi duae uirtutes theologice, una quae perficiat intellectum, alia quae perficiat uoluntatem.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit. 1. ad Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, uirtutes theologice hoc modo ordinantur hominem ad beatitudinem supernaturalem, sicut per naturalem inclinationem ordinatur homo in finem sibi connaturalem: hoc autem contingit secundum duo. Primum quidem, secundum rationem uel intellectum, in quantum continet prima principia uniuersalia cognita

F per idem uelle, & idem nolle habitualiter, id est, per habitum ad hoc inclinantes, quos constat esse amoris. ¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli & questionis nota, quod tam fides, quam spes acquisita est duplex. Una respectu eorum quae sub ordine creaturae, seu naturali cadunt. Altera est respectu supernaturalium. quod Deus est trinus, & incarnatus. & aliorum huiusmodi. Et licet autem in litera non expresse loquatur nisi de fide, & spe acquisita, respectu eorum quae sunt in potestate humana, & eas excipiat a numero uirtutum, si tamen attendatur ratio, uidebitur quod eadem ratione nec fides, nec spes acquisita respectu supernaturalium sunt uirtutes. Si enim aduertat, quod obiectum habitum, & actum proportionalem ter sibi inueniunt respondere oportet, ut per hoc obiecto supernaturali nec actus, nec habitus naturalis proportionatus est, & quod uirtute oportet esse non qualescunque habitus, sed dispositiones perfecti ad optimum, redentes actus proportionatos obiecto, consequens esse uidebitur quod fides, & spes acquisita respectu supernaturalium, multo minus sunt uirtutes, quam fides, & spes acquisita respectu eorum quae sunt in potestate humana. Si enim fides, & spes acquisita respectu possibilium nostrorum, deficit a ratione uirtutis, quia non sunt proportionati obiectis, quia sunt uisibilibus non intendendo, & de possibilibus haberi non habendo, ut in litera dicitur & bene, quia magis fides, & spes acquisita de creaturilibus & sperandis supernaturaliter deficient a ratione uirtutis propter inproportionem maiorem, quia .i. ad supernaturalia ordinantur secundum uirtutes naturales. Quod in litera inproportio, patet. Quod maior uirtus declaratur ex eo, quod plus deficit actus secundum uirtutes naturae a perfectione debita ad proportionatum obiectum, quam actus fidei de humanis a uisione eorum: hi enim sunt modum ordinis, & per uirtutes

nobis per naturale lumen intellectus, ex quibus procedit ratio tam in speculandis, quam in agendis. Secundum, per rectitudinem uoluntatis naturaliter tendentis in bonum rationis. Sed haec duo deficient ab ordine beatitudinis supernaturalis, secundum illud 1. ad Corinth. 2. Oculum non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. unde oportuit, quod quantum ad utrumque aliquid homini supernaturaliter adderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem. Et primo quidem, quantum ad intellectum adduntur homini quaedam principia supernaturalia, quae diuino lumine capiuntur, & haec sunt credibilia, de quibus est fides. Secundum uero est uoluntas, quae ordinatur in illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipsum tendentem, sicut in id quod est possibile consequi, quod pertinet ad spem: & quantum ad unionem quandam spiritualem, per quam quodammodo transformatur in illum finem, quod fit per charitatem. Appetitus enim unius cuiusque rei naturaliter mouetur & tendit in finem sibi connaturalem, & iste motus prouenit ex quadam conformitate rei ad suum finem.

I AD PRIMUM ergo dicendum, quod intellectus indiget speciebus intelligibilibus per quas intelligat: & ideo oportet quod in eo ponatur aliquid habitus naturalis superadditus potentiae. Sed ipsa natura uoluntatis sufficit ad naturalem ordinem in finem, siue quantum ad intentionem finis, siue quantum ad conformitatem ad ipsum: sed in ordine ad ea quae supra naturam sunt, ad nihil horum sufficit natura potentiae: & ideo oportet fieri superadditionem habitus supernaturalis quantum ad utrumque.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides, & spes imperfectiorem quandam important, quia fides est de his quae non uidentur, & spes de his quae non habentur: unde habere fidem, & spem de his quae subduntur humanae potestati, deficit a ratione uirtutis: sed habere fidem & spem de his quae sunt supra facultatem naturae humanae, excedit omnem uirtutem homini proportionatam sicut illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmum